

rum. Cū in pluribus semina placeant: in siliqua damnentur. Alia baccis: quæ intus lignū: & extra caro: ut oliuis cerasis. Aliquæ intus baccæ: foris lignū: ut in his quæ in ægypto diximus gigni. Quæ baccis natura: eadē & pomis. Alioꝝ intus corpus & foris lignū: ut nucū. alius foris corpus. intus lignū ut persicis & prunis uitiumq; cinctū fructu: cū fructus alibi muniatur uitio. Putamine clauduntur nuces. Corio castaneæ. Detrahunt hoc iis. at in mespilis manditur: Crusta tegunt glandes cutæ uuæ. Corio & mēbrana punica. Carne & succo mora constat. Cute & succo cerasi. Quædam statim a ligno recedunt: ut nuces & palmæ: Quædam adhærent ut oliæ lauroq;. Quorundam generi utraq; est natura: ut persicis. Etenim duracinis adhæret corpus: e lignoq; auelli nequit: cū in cæteris facillie separetur. Quibusdā nec intus nec extra lignū: ut in palmæ genere. aliquoꝝ lignū ipsam in usu & pomi uicē ut genera myxis q̄ in ægypto gigni diximus. quorundā extra gemina geminantur uitia: ut in castaneis: amygdalis: nucibusq; iuglandibus. Quorundā natura trigemina est: corpus deinde lignum: rursusq; semen in ligno ut persicis. Quædam inter se densa ut uua: sorbaq; ramos circumdata ex omni parte uuaq; mō degrauant. alia rara ut in persicis: Quædam alio continent ut granata. Dependent alia pediculis ut pyra. alia racemis ut uua palmæ. alia & pediculis & racemis: ut hederæ sambuci. alia ramo adherent ut in lauro. Quædam utroq; mō: ut oliuæ. Nā & breues pediculi & longi. Quædam uasculis cōstant: ut punica: & mēspila: lotosq; in ægypto & euphrate. Iam uero diuersa gratia & cōmendatio. Carne palmæ placent. Crusta thebaicæ: Succo uua & caricæ. Callo pyra ac mala. corpore melimela. Mora cartilagine. Nuclei grano. Quædam in ægypto cute cariotæ. Detrahitur hæc ficis uirentibus ut putamen. Eadē in siccis maxime placet. In papyris & ferulis spinaq; alba caulis ipse pomū est. Sunt & ficulini caules. In fruticoso genere cū caule capparis. In siliquis uero quod mandit quid nisi lignū est: Non omittere da seminis earū proprietates. Nam neq; corpus neq; lignum nec cartilago dici potest: neq; aliud nomen inuenit.

De myrto genera eius. xxix.

Cap. xxix.

Vecore natura præcipuā admirationē in myrto habet. Quando ex una omniū olei uiniq; bina genera fiunt. Itē myrtidanū ut diximus. Et alius utus baccæ fuit apud antiquos: anteq̄ piper reperiret: illā obtinens uicem. Quodā etiā generosi oblonii nomine inde tracto: quod etiā nunc myrtatū uocatur. Eadēq; origine apud saporem cōmendatur: plærūq; ad intinctus additis myrtis. arbor ipsa in europa citeriore celo quod e cerauniis montibus incipit primū ciceris in Elpenoris tumulo uisa traduntur: græcumq; ei nomen remanet: quo peregrinam esse apparet. Fuit ubi nunc Roma est iam tum cū conderetur. Quippe ita traditur myrtea uerbena Romanos sabinosq; cū propter raptas uirgines dimicare uoluissent depositis armis pacificatos in eo loco qui nunc signa Veneris cluacinæ habet. Cluere enim antiqui pugnare dicebant. Et in ea quoq; arbore suffimentū genus habetur. Ideo tamen electa: quoniam coniunctioni & huic arbori præest Venus. Haud scio in primæ uetiam omniū in locis publicis Romæ fata sit: fatidico quidem & memorabili augurio. Inter antiquissimā: nāq; delubra habetur. Quirini hoc est ipsius Romuli. in eo sacra myrti fuerunt duæ ante ædem ipsā per longum tempus. altera patricia appellata: altera plebeia. Patricia multis annis præualuit. Flaccescente plebeia exuberans ac læta: quādiu senatus quoq; floruit illa uigēs. Plebeia torrida ac squalida. Quæ postq̄ eualuit flaccescente patricia marfico bello: languida auctoritas patris facta est. ac paulatim in sterilitatem emarcuit maiestas. Quin & ara uetus fuit Veneri myrtæ quam nunc myrtiam uocant. Cato tria genera myrti prodidit. candidam nigram: coniugalem: fortassis a coniugiis ex illo cluacinæ genere. Nunc & alia distinctio satiuæ aut siluestris: & in utraq; latifolia in siluestri propria oxymyrtine. Satiuæ genera topiarii faciunt. Tarentinā folio minuto: nostratem patulo: exoticam densissimo: senis foliorum uersibus. Hæc nō est in usu. Ramosa utraq; alia coniugalem existimo nunc nostratē dici. Myrtus odoratissima est in ægypto. Cato docuit uinum fieri e nigra: siccata usq; ianditatem in umbra: atq; ita mulso indita. Si non siccentur baccæ oleum gigni. Postea compertum: & ex alba uinum fieri albū. Duobus sextariis myrti tusæ in uini tribus heminis macerata expressæq;. Folia & per se siccantur in farina ad ulcerū remedia in corpore humano leniter mordaci puluer: ac in frigerandis sudoribus. Quin immo oleo quoq; mirum dictū inest quidā uini sapor: simulq; pinguis liquor præcipua uia ad corrigenda uina: saccis ante perfusis. Retinet quippe facem: nec præter purum liquorē transire patitur: datq; se comitem præcipua cōmendatione liquato. Virgæ quoq; eius gestatæ modo uiatori profunt in longo itinere pediti. Quin & uirgæ annuli expertes ferri inguinū tumori medentur. Bellicis quoq; se rebus inseruit: triumphāsq; de sabinis. Posthumius libertus in consulatu: qui primus ouium ouans ingressus urbem est: quoniā rē leuiter sine cruore gesserat: Myrto Veneris uictoris coronatus incessit: optabileq; arborē etiā hostibus fecit. Hæc postea ouantiū fuit corona: excepto. M. Crasso qui de fugitiuis & Spartaco lautea coronatus incessit. Massurius auctor est curru quoq; triumphantes myrtea corona usos. L. Pisono tradit papyrium Nasonem qui primus in monte albano triumphauit de corsis myrto coronatum utebatur laurea & myrtea: qui & hoc uouerat.

Coniugulū. Cato.